



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

14 Beneficia plura habere quam decentia person[a]e requirit, est contra Concilium Trid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

rum esse debet, nec nisi causa per iudicem ecclesiasticum cognita auferri potest, c. inuentum 16. q. 7. & c. satis peruersum d. 56. Et capellanus ad huiusmodi beneficium sacerdotale nominandus, ætatis legitime ad præbiterium suscipiendum esse debet, ita ut illud in proximis a iure statutis temporibus suscipiat, non tamen oportet ut actu præbiter sit, c. ei cui, de præb. in 6. & c. 2. de inst. in 6.

DECISIO VI.

Ex cons. 7. alias 6.

6 **C**onstitutio siue synodalis, siue fudatoris, qua habens Capellani am ad Missam quotidie celebrandam teneatur, intelligenda est, quoties honestè & deuote id facere potest, c. significatum, de præb. & satis suo officio facit, quibus, aut ser in hebdomada celebrat, modo id non volu pratis, aut negligentiæ causa faciat sed causa honestatis, vel augendi deuotionem; aut alia simili iusta occasione.

DECISIO VII.

Ex cons. 8. alias 3.

7 **B**eneficium omne seculare censetur nisi ex aduerso regulare esse probetur, vel ex eo quod in erectione illius statutum fuerit, ut sit regulare, & ei per regulares seruiatur vel per quadraginta annos continuos a regularibus, tanquam regulare fuerit possessum, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. cum vel per erectionem, vel per gubernationem quadraginta annorum beneficia regularia fiant secularia.

DECISIO VIII.

Ex cons. 9. alias 11. de statu Monachorum.

8 **C**um regularia regularibus, & secularia secularibus conferenda sint, c. vt possessiones, de reb. Eccl. non alien. & cap. cum de beneficio, de præb. in 6. & ex Concil. Trident. ses. 14. c. 10. de re licet beneficia curata regularia, siue per canonicos regulares regi consueta, canonicis Monasterij illius annexa sunt, sine vlla dispensatione, eo quod sunt regularia, & regularibus in titulum conferri possint, Arg. cap. cum singula, de præ. in 6. cle. 1. de supp. neg. præla. in d. cap. beneficio curata tamen secularia, non consueta regi per regulares præfati canonici absque Papæ, vel Episcopi dispensatione obtinere non poterunt ex Pan. in ca. Quod Dei timorem, de statu monac. & Rota de c. 5. de iu. patton. in nouis.

DECISIO IX.

9 **V**icariatus perpetuus ecclesiæ parochialis vnitæ alicui Dignitati vel Monasterio, beneficium curatum est, & de iure ecclesiæ illius parochialis censetur: Clemen. 1. de off. vi. non tamen beneficium Regulare efficitur eo solo, quod Monasterio Regulari vnitum sit, nisi per literas vnionis, vel per consuetudinem præscriptam factum fuerit regulare: & vicarius ille ad præsentationem eius, cuius Dignitati ecclesiæ parochialis est annexa instituendus erit, c. extirpanda, §. qui vero, de præben. & Panor. ibi. quod ius præsentandi Vicarios vnitorum Concilium Tridentinum ses. 7. ca. 7. de ref. non tollit; Arbitrabitur tamen episcopus, an vicarij perpetui in ecclesijs vnitis instituendi sint, nõ obstante priuilegio literarum vnionum deponendo Vicarios temporales, cui expresse per idem Concilium derogatur: quod si male sine iusta causa id arbitraretur episcopus, & Vicarios temporales in perpetuos commutaret, ab eo appellari possit, ex Glo. recep. in ca. super his, ver. arbitrio, de accusa, & appellatio illa licet non suspenderet eius sententiam quo minus executioni mandaretur deuolueret tamè iurisdictionem ad Superiorem, qui æquitate causæ cognitâ illam reuocare debet, c. pastoralis de appell.

DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 10. de rescriptis.

10 **I**mpetratio plurium beneficiorum, quorum nullius valor ascendit ad summam viginti quatuor aureorum de camera, non efficitur nulla, eo quod in supplicatione, in qua petuntur quatuor beneficia talia, aut plura non exprimat valor verus omnium coniunctim; etiam si omnium simul valor ascenderet ad triginta, vel quadraginta scuta, & nullius valor per se ad decem: quia cum valor beneficij exprimi debeat & beneficia debite dispensari pos-

sint ex Pan. & Feli. in c. Ad aures de rescri. valor beneficij non ascendit ad summam viginti quatuor ducatorum non est necessario exprimendus, ex Gome. in reg. de valore benef. q. 8. cum in istis non magna fraus, aut dolus committi possit, & raro impetrari soleant.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 1. de aet. & qual. oedin.

11 **L**ibere infantes & pueri ante decimum quartum annum beneficij sint incapaces, ex Coucil. Trid. ses. 24. ca. 6. de ref. & glo. in c. si eo tempore de rescri. in 6. ordines tamen minores ante legitimam ætatem suscipiendo suspensionem non incurrunt; sicut promoti ad maiores eam incurrunt, si ante legitimam ætatem promoueantur. Exti. Cũ ex factotũ,

DECISIO XII.

Ex cons. 12. alias 10. & 19.

12 **I**re antiquo beneficia plura simplicia, & compatiblea quæ continuam residentiam secundum consuetudinem præscriptam non exigebant, tenere licuit, dummodo alterum ad honestam beneficiarj sustentationem non sufficeret, ita gl. in c. dudum, 2. de elect. Pap. in c. extirpanda, §. qui vero de præb. & Nau. in Man. c. 25. num. 125.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. alias 9. de rescriptis.

13 **I**mpetrans beneficium a Papa tacito alio, quod obtinebat, eo quod volebat statim illud relinquere, credens bona fide quod non tenebatur illud relinquere, ob igno rantiam facti non peccat, c. gratia de rescri. in 6. gratia tamen beneficiaris ob tacitum bona fide beneficium obtentum, ipso iure nulla est; c. si motu proprio, de præb. in 6. & Feli. in c. super literis, de rescri. in 6. nec ob ignorantiam iuris tam antiqui, & tam clari excusatur, cap. cum adeo c. si proponente de rescri. in 6. cle. 1. de præben. & c. ignorantia, de re iur. in 6. sed noua tituli reformatione indiget, ca. 1. de re iur. in 6.

DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 11.

14 **Q**uamuis quis plura beneficia simplicia, & præstimo- nia obtinuit ante Concilium, quam siue honestè sustentationi requirantur, illa tenere valet dando superflua pauperibus, vt ait Card. in clem. gratia, de rescri. & Nauar. in Ma. ca. 25. num. 128. si tamen illa post Tridentinum ses. 24. c. 17. de ref. obtinuit, retinere non potest, etiam si sint simplicia, & compatiblea, sed tantum vnum illorum, vel duo quod, vel quæ sibi honestè sustentantur sufficiunt.

DECISIO XV.

Ex cons. 15. alias 8. de penit. & remiss.

15 **C**onfessarius habentem plura beneficia, antequam audiatur interrogare debet an ea licite retineat, vt asserit Caie. ver. interrogations confessarij cum probabiliter dubitare possit de iusta causa retentionis; in dubio autem illi absolueret tenetur, quia iusta aliqua causa subesse potest, & dispensatio, quæ illum saltem a mortali peccato excuset, quam non tenetur confessario ostendere, si uon vult.

DECISIO XVI.

Ex consilio 16. alias 17. de cler. non res. d.

16 **O**btinens beneficium residentiam requirens & ab Episcopo licentiam petens, vt causa non diorum abesse possit, cum animo vt de fructibus illius sibi provideat in studio, donec gradum assumat, & postea eo assumpto beneficium illud resignet, & clericaliter viuendo meliorem conditionem sibi acquirat, non peccat, dummodo eo sit animo, vt ornata, quæ beneficium requirit de præcepto, præstet, donec illud retinuerit, nec alicui iniuriam aliquam faciat, sed suo tantum iure vitur, c. cū Ecclesia vultetana, de el.

DECISIO XVII.

Ex cons. 17. alias 11. de rescriptis.

17 **S**icut electo ad aliquam dignitatem nolente consentire Selectioni de se facta, vel renunciantem iuri sibi quæsitio, vel moriente, antequam electio confirmetur, ius eligendi ad primos electores redit: qui habebunt tantum tempus ad eligendum denuo, quantum habuerit ante primam electionem; c. elect. de ele. in 6. ita nominato ad ecclesiā parochialem per concursum, iuxta formam Conc. Trid. ses. 24. c. 8. de ref. renunciantem, moriente, vel alias ius quod habebat perdeat, antequam ipse instituat, redit potestas pro-